

76. Nam ut unum  $\delta\sigma\alpha$ , nihilominus sit multa  $\delta\sigma\alpha$ : & multa numero, simul sint unum numero, id certe fieri nulla ratione potest.

77. Iam vero distinctius hoc de mysterio, S. literae nos erudiunt, & tum Unitatem tum Trinitatem, nam ab uno non ab alio, de uno eodemque Deo prædicant: asserentes ipsum unum esse, & quidem exclusivè unum, respectu  $\delta\sigma\ioes$  sive Essentiae: rursum eundem tria esse, sed respectu  $\omega\sigma\sigma\alpha\tauewv$  sive personarum: Qui duo diversi respectus omnem jam expositi sive contradictionis implicationem penitus tollunt.

78. Etsi ergo Divinitatis essentia, partibus essentiae minime est dividua sed omnes omnes sunt, simplicissime una: nihilominus tamen est dividua per & propter differentias Essentiales, quas Ecclesia  $\omega\sigma\sigma\alpha\tauais$  seu personas appellat: Quarum causa fit, ut una atque eadem DEI essentia, personis trina: seu quod idem est, Deus unus ac trinus esse, religiosissime statuatur: PATER nimirum EILIVS & SPIRITVS SANCTVS.

1. Tim.  
6, 20.

79. Neque vero est, ut novorum & scripturis inuisitorum vocabulorum usu, profanas hec oportent nos introducere quis existimet.

80. Nam quoad Essentia vocem, ejusque unitatem, fundamenta ex scripturis supra satis perspicua fuerunt producta.

82. Quoad